ne coꝛrũpaꝛ. eo ꝙ ſit ſupadulta. i. vltra pubertatem ⁊
iã i ãnis nubilib⁹: ⁊ ita oꝫ fieri vt nubat: q: nõ vult ꝯti-
nere: qḋ vult ᵛgo faciat cuſtos. Ecc.7. Trade filiã tuã
⁊ grãde opus feciſti ⁊ hoi ſenſato dat illã. Nec peccat
cuſtos ſi nubat ᵛgo. Hoc iḋ diĉ ſm glo. Ne ⁊ ſi ᵛgo nõ
peccet cuſtos videaꝛ peccaꝛ. Augu. de bono ꝯiugali. ſ

ſe nõ ꝯtiet nubat. q̃ ſi cepit ḋliberet. q̃ egreſſa ẽ ꝑſeuerꝫ d
nulla aduerſario deꝛ occaſio ſꝫ falſa retrahaꝛ oblatio.
¶ Deide cũ diĉ. (Nam q ſtatuit ⁊c̃.) Hic oñdit ꝙ cu
ſtos ᵛginis bene facit eã i ſtatu ᵛginali ſeruãdo. vbi i-
plicaꝛ q̃druplex ꝯditio ad h̃ expediẽs. Pꝛĩa ꝙ cuſtos
firm⁹ ſit i ꝓpoſito eã ᵛginẽ cuſtodiẽdi. 2⁰ ꝙ nõ timeat
ḋ caſu ᵛginali ibi. (Nõ hñs neceſſitatẽ ⁊c̃.) Tertia ꝙ
cognoſcat i ᵛgine ꝓpoſitũ ꝯtinẽdi ibi. Ptãtẽ aũt hñs
⁊c̃. (Quarta ꝙ hoc faciat ex deliberatione ibi.) Et h̃
iudicauit. (Dicit ğ. nã q ſtatuit ⁊c̃). q.d. iḋ ãt dico ꝙ ñ
peccat q tradit ᵛginẽ. nã de alio q ſeruat eã pꝫ ꝙ bene
faciat. Nã q ſtatuit i coꝛde ſuo ſeruare virginẽ ſuã fir-
2 mus in ꝓpoſito ſuo nõ curãs ſobolẽ vel aliud hmõi ñ
hñs neceſſitatẽ tradidẽdi eã cũ virgo velit cõtinere. po
teſtatẽ aũt hñs ſm aliũ ẽ cõtinentiã volũtatis ſue ꝑfi-
ciẽde ⁊ h̃ iudicauit in coꝛde ſuo. i. ex iudicio rõnis nõ
ex leuitate mẽtis diſcernit eſſe bonũ. ꝑ⁰ Thy.5. Sic ꝑ
iudicio nihil facias. iudicauit inq̃; ſeruare ᵛginẽ ſuaꝫ.
Ambꝛ. Nõ igerẽs ei fomitẽ nuptiaꝝ. Ecc.7. Filie tibi
ſunt ſerua coꝛpus illaꝝ. Qui facit inq̃; ſic bene facit.
¶ Deide cũ dicit. (Igiꝛ ⁊ q mrimonio ⁊c̃.) Hic oñdit
3 ꝙ licet vtrũq; ſit bonũ. tñ ᵛginitas eſt melioꝛ mrimo-
nio. Ubi ꝑ⁰ appꝛobat ſtatũ cõiugalẽ. Scḋo ꝑponit ſta-
tũ virginalẽ ibi. (Qui non iũgit ⁊c̃.) Dicit ğ. Igiꝛ ⁊ q
⁊c̃. q.d. q: opꝫ fieri vt diximus. igiꝛ ⁊ q mrimonio iun-
git ᵛginẽ bene facit. q: licitũ ẽ qḋ facit ⁊ q nõ iũgit cũ
ᵛgo acq̃ſcat cõtiere meli⁹ faĉ glo. meli⁹ faĉ q apḋ deũ
meritũ ſuũ collocat ⁊ a ſollicitudie libat eã. Meli⁹.n.
eſt qḋ licet ⁊ expedit. q̃; qḋ lꝫ ⁊ nõ expedit. Hic.n. bene
vtiꝛ malo: ibi vero bene vtiꝛ bono. Bene vtiꝛ qs bono
cõtinẽtiã dedicãs deo. Male vtiꝛ qs bono cõtinentiaꝫ
dedicãs idolo. Male vtiꝛ qs malo cõcupiſcẽtiam rela
xans adulterio. bene vtiꝛ malo cõcupiſcentiã reſtrin-
gẽs cõnubio. Bonũ eſt pudicitia cõiugalis. ſed meli⁹
4 eſt cõtinẽtia virginalis vel vidualis. ſm glo.
¶ Deide cũ dicit. (Mulier alligata eſt legi ⁊c̃.) h̃ oñ-
dit ꝙ non ſiſt coniugata niſi viro moꝛtuo põt ꝯtrahe
re. Ubi ꝑ oſtẽdit ꝙ cõiugata nõ põt nubere viro viuẽ
te. Scḋo ꝙ viro moꝛtuo põt alĩ nuberꝫ ibi. (Q: ſi doꝛ
mierit ⁊c̃.) Tertio ꝙ meli⁹ ẽ illi ꝯtinere ibi. (Beatioꝛ
ãt erit ⁊c̃.) Quarto ꝙ dꝫ ꝯſilio eius credere ibi. (Pu-
to aũt ꝙ ⁊ ego ⁊c̃.) Dicit ğ. (Mulier alligata ẽ ⁊c̃.) q.
d. Qui nõ iũgit ᵛginẽ ſuã melius facit. Et vere meli⁹.
(Q: mulier alligata eſt ⁊c̃.) Uel ſic. ᵛgo quocũq; tpe
põt nubere: ſꝫ vxoꝛata nõ. q: mulier alligata ẽ legi. ita
ñ poſſit nubere alteri q̃to tpe vir ei⁹ viuit. Ro.7. Que
aũt ſub viro ẽ mulier viuẽte viro alligata eſt lege viri;
¶ Dide cũ diĉ. (Q: ſi doꝛmierit ſõno mõtis.) ḋ q̃ doꝛ
5 mitõe. Jo.11. Laza. amicus nr̃ doꝛmit. (Uir eius ⁊c̃.)
Aug. Nõ diĉ pꝛius. ſcḋus. vĺ terti⁹. vĺ q̃rt⁹. vĺ q̃uſq; lꝫ.
Nec nobis diffiniẽdũ ẽ: qḋ nõ diffinit apl̃s. Uñ nec vl
las nuptias debeo dãnare nec eis verecũdiã nũeroſi-
tatis afferre. Si doꝛmierit inq̃; liberata ẽ a lege ꝺi vñ ꝑ
mittiꝛ ei nubere. Hic pꝫ ꝙ reſurgẽti nõ teneꝛ copulari
ſꝫ cui vult nubat. Inuite.n. nuptie ſolẽt hꝛe malos ꝓuẽ
tus. iḋ dꝛ Geñ.24. Uocem⁹ puellã ⁊ q̃ram⁹ volũtatẽ ei⁹
Nubat inq̃; tm̃ i dño. i. viro ſue religionis nã i diſparꝫ
cultu ꝓhibitũ eſt i lege mrimoniũ. Deut.7. Per hãc li
cẽtiã apl̃i reuocate ſunt oẽs pene ⁊ infamie. q̃ ſꝫ leges i
fligebanꝛ oliꝫ mulieri. ſcḋo nubẽti ĩfra ipſũ luct⁹. i. vl-
tra ãnũ. Ergo i nuptijs exigiꝛ ꝑſonaꝝ legitimatas. vñ
dꝛ liberata eſt conſen ſuo libertas. Uñ addit, Cui vult
nubat. Cultus paritas. Uñ ſubdit. Tm̃ in dño.
¶ Deide cũ diĉ. (Beatioꝛ ãt erit ⁊c̃.) Hic oñdit ꝙ me
li⁹ ẽ illi cõtinere q̃; nuberꝫ dicẽs q̃uis liceat ei nuberꝫ tñ
beatioꝛ erit ſi ſic ꝑmãſerit. ſ. inupta. Et h̃ ẽ ꝯſiliũ meũ
ſupra eodem

pra eodē datū: habebis.n. fructū ſexageſimū q̄ debet̄
viduis. Mat. 13. Augu. ſatis oñdit beatā eē poſt mor/
tē viri: ⁊ ſcđo nubentē: ſ3 beatior eſt nō nubens.
¶ Deide cū dic̄. (Puto aūt q̄ ⁊ ego ⁊c̄.) Hic vltio oñ
dit q̄ debēt ꝯſilio ei⁹ credere q: inſpirāte ſpū ſcō h̄ cōſu/
lit. Et h̄ eſt q̄ dicit. Puto āt ⁊c̄. q. d. faciēdū eſt ſm cō
ſiliū meū q: puto ⁊ ego ſicut ceteri aplī ſpūm dei habe
am. Ro. 8. S3 ⁊ noſipſi pmitias ſpūs hñtes ⁊c̄. Hoc ḡ
ꝯſiliū dz īpleri ⁊ pp fructū ſequētē q: beatior erit ⁊ pp
cōſulētis auctoritatē. q: ſm cōſiliū meū. ⁊ pp ſpūm dī
inſpirantē. q: puto ⁊c̄. Hic querit̄ ſup illo verbo. Uolo
vos ſine ſollicitudie eē. ¶ Cōtra. Ro. 12. Sollicitudie
nō pigri. ¶ Rñſio. Ibi logt̄ de ſollicitudine ſpūali h̄
d̄ tpali. ¶ Itē ſup illo diuiſus eſt. ¶ Cōtra: Oſee. 10.
2 Diuiſuz eſt cor eoꝝ nūc iteribūt. Rñſio. Ibi loqtur d̄
diuiſione itentionis pncipalis h̄ de diuiſiōe actionis.
¶ Itē glo. ibidē: ptim ſeruit mūdo. ¶ Cōtra Math.
6. Nemo pōt duob⁹ dñis ſeruire. Rñſio. Uerꝝ eſt ita q̄
equaliter ſeruiat vtriq3 in eo q̄ duo. i. ꝯrij ſunt. ¶ Itē
ſup illud. Mulier inupta cogitat que dñi ſunt: gloſa n̄
cogitat ne dānet̄ a deo. ¶ Cōtra dānari pōt vt p3 i pa
rabola de fatuis ꝟginibus. Rñſio nō cogitat h̄ ſolū: ſ3
cū hoc ēt ne offendat ſpōſum. ¶ Itē ſup illud. Ut ſit
ſancta corpe ⁊ ſpū glo. nō pōt fieri vt nō ſit ſcm̄ corpus
quo vtit̄ ſanctificator ſpūs. ¶ Cōtra ſpūſſāctus vſus
eſt lingua cayphe nō ſcā. Jo. 11. Rñſio. vtebat̄ ea vt ſpi
rit⁹ nō vt ſcificator. ¶ Itē ſ3 ad id qđ honeſtū ē. ¶ Cō
tra ḡ mrimoniuz turpe. Rñſio. ſm glo. Poſitiuū poſi
3 it p cōparatiuo. ¶ Itē ſup illud. Qui nō iūgit melius
facit glo. hic. ſ. i ꝯiugio hñ vtit̄ hō malo. ¶ Cōtra. cu/
ius vſus eſt bonū eſt ipſum quoq3 bonū eſt. Rñſio. illō
intelligit̄ de vſu rei p ſe. ſ. ad quē ordiata eſt nō p acci/
dēs. ſ. ad quē ex prudētia vtētis ordinat̄. Itē glo. ibidē.
Mei⁹ eſt bene vti bono q̄3 bene vti malo. ¶ Cōtra. h̄
difficili⁹ illo. Rñſio logt̄ h̄ de malo vitꝗ nō ſupplicij.
¶ Itē ſup illo ꝟbo i glo. due pmiſſe. ¶ Contra ḡ due
nuptie n̄ ſunt a deo. Rñſio. Nō ex eo q̄ due niſi ex cō
ſequēti. ¶ Itē ſi dormierit vir⁹ qd dōm eſt ſi reſuſcita/
tur? Rñſio. reqrit̄ cōſenſus nou⁹ ad h̄ q̄ ſit mrimoniū
¶ Itē ſup illō puto q̄ ſpūm dei habeā. ¶ Cōtra. Ro.
8. Certus ſum q̄ neq3 mors neq3 vita ⁊c̄. Rñō. ſ3 gl.
4 nō dic̄ h̄ dubitādo ſ3 q̄ſi icrepādo. CAP. VIII.

D E his aūt que idolis ſacrifican/
2ª 2ª tur ſcimus. q: oēs ſciam habe/
q. mus. †Scia inflat. Charitas ve
167. ro edificat. Si qs aūt ſe exiſtiat
ar. p. ſcire aliqd: nōdum cognouit queadmoduz
oporteat eū ſcire. Si qs aūt diligit deuz hic
cognitus eſt ab eo. De eſcis aūt que idolis
inmolant̄ ſcimus q: nihil eſt idoluz in mū
5 do. ⁊ q̄ nullus deus niſi vnus. †Nā ⁊ ſunt
qui dicant̄ dij: ſiue in celo: ſiue in terra. ſiq
exo. dem ſunt dij multi ⁊ domini multi: †nobis
21. tñ vnus deus pater ex quo oīa: ⁊ nos in il/
deu. lo. ⁊ vnus dñs ieſus chriſtus per quez oīa
6. ⁊ nos per ipſum. Sed in oībus eſt ſcientia.
Quidā aūt cum conſcientia vſq3 nūc idoli:
quaſi idolotitum mādūcāt. ⁊ cōſciētia ipſo/
rum cum ſit infirma polluitur. Eſca aūt nō
nos cōmendat deo. Neq3. n. ſi mādūcaue/
rimus abūdabimus: neq3 ſi manducaueri/
mus deficiemus.
¶ Excluſo errore circa correctionē criminū: ca. 5. ⁊. 6.
¶ Itē circa ꝟginitatē ⁊ mrimoniū. cap. 7. hic excludit
errorē circa eſuz ⁊ abſtinentiam ciboꝝ capl̄o iſto ⁊. 9.
⁊. 10. loquēs de his q̄ ydolis imolabātur a q̄bus ꝗuis
in ſe licitis abſtinere monet. Pmo allegādo eis ſcādalū
infirmoꝝ ca. iſto. Scđo exēplū ſui q̄ pp alios abſtinet
a receptione ſumptuū licitoꝝ cap. 9. Tertio exēplū pe
ne iudeoꝝ poſt tanta bñficia dei i deſerto pſtratoꝝ ca.
10. Ergo pp ſcādalū pximi exēplo aplī pp timorē ſup
pliciꝗ debem⁹ abſtinere a cibis aliqñ licitis. In pmo oñ
dit q̄ i ſe licita eſt comeſtio ydolotitoꝝ. Scđo monet 2
nihilomin⁹ abſtinere pp ſcandalum fratꝝ īfirmoꝝ ibi.
(Uidete ne forte ⁊c̄.) In p⁹ pmo pponit q̄ maiores eo
rū hñt ſciam de ydolotitis. Scđo oñdit q̄lē ſciā hñt de
eis ibi. (De eſcis aūt q̄ ydolis imolant̄ ⁊c̄.) Tertio q̄
qdā īfirmi hac ſcia carēt ibi. (S3 in oīb⁹ nō ē ſcia ⁊c̄.)
Quarto q̄ alij coram eis idolotita edere nō debēt ibi.
(Eſca aūt nos nō cōmēdat deo.) In pma pmo dic̄ q̄
de idolotitis ſcia3 hñt. Scđo q̄ eā ſine charitate inutilī
ter hñt ibi. (Scia aūt inflat ⁊c̄.) Tertio oñdit a q̄bus
habeat̄ hec ſcia inſufficiēter ibi. (Si qs āt exiſtimat.)
Quarto a q̄bus ſufficiēter ibi. (Si qs aūt diligit ⁊c̄.)
Dicitq3 de his aūt ⁊c̄. q. d. de pdictis q̄ſiuiſtis a me. ſ. de 3
ptinētibus ad mrimonium de alijs aūt vt de imolatis
idolo nō fuit neceſſe querere: q: oēs ſcitis ſup hoc ꝟita
tē ⁊ h̄ eſt qđ dicit. de his aūt q̄ idolis ſacrificant̄ an li/
ceat edere vel nō: ſcim⁹ ego ⁊ vos q̄ liceat ea comeder̄
ſm illud. Tit. 1. Oīa mūda mūdis. Scim⁹ q: oēm ſcia3
habem⁹ ego. ſ. ⁊ vos pfecti inter alios. ſ. ſcia3 de creatore:
⁊ creaturis: ⁊ iđ minus excuſabiles ſi male facimus.
¶ Deide cū dic̄. (Scia aūt īflat ⁊c̄.) Hic oñdit quō ſi
ne charitate ſciam inutiliter hñt. q. d. Habetis qdem
ſcia3: ſ3 nō valet vobis: q: ide ſupbitis ꝯ ignaros: ſcia3
aūt ſi ſola eſt īflat. Ecc. 1. In multa ſapia multa eſt indi 4
gnatio. Act. 26. Multe littere te faciūt inſanire. Hec .n.
fuit plaga egyptoꝝ. i. ſapiētiū hui⁹ mūdi veſice turgē/
tes. Exo. 9. Charitas vero edificat īfirmos q̄ qđ eis ob
eſſe pōt dimittit: q: nō q̄rit q̄ ſua ſunt. Uñ addēda ē ſcie
charitas. Aug. Addite ergo ſcie charitatē ⁊ vtilis erit
ſcia. Per ſe qdē ⁊ inutilis ex charitate vtilis. Phs. Sci
re aut nihil aut parū pdeſt ad virtutem.
¶ Deide cū dc̄. (Si qs āt exiſtimat ⁊c̄.) Hic oñdit a q
bus hec ſcia habet̄ īſufficiēter: q: ab alijs q̄ ea vtunt̄ i
nocumētū pximi. ⁊ eſt ſua rō talis. Quicūq3 h3 ſciam
⁊ nō modū vtēdi ea. h3 ſcia3 īſufficiēter: ſ3 q̄ h3 ſcia3 ſi/
ne charitate ē hmōi. ergo q̄ h3 ſcia3 ſine charitate h3 i
ſufficiēter ſciam. Pmo ḡ ſupponit ſcia3 ſine charitate.
Scđo oñdit īſufficiētiā talis ſcie ibi. (Nōdū cognouit
⁊c̄.) Tertio rōnē īſufficiētie ibi. (Queadmodū opor/
teat ⁊c̄.) Dicit ḡ. Si qs aūt ⁊c̄. q. d. habetis ſcia3. ſ3 nō
ſufficiētē: q: ſi qs veſtrū exiſtimat ſe ſcire habens ſcia3
ſine charitate: aliqd ſcit. ſ. q̄ liceat comedere idolotita
nōdū tñ cognouit: q: n̄ ſe cognoſcere facto oñdit quō
oporteat eū ſcire. i. qualiter debeat vti ſcia. q: i edifica/
tionē non i nocumētū alioꝝ. Scire aūt ꝯtingit dupl̄r
. ſ. habere ſciam. ⁊ vti ſcia ſicut videre habere viſum. ⁊
vti viſu3. Glo. bernardi. Hic non approbat aplš multa
ſciētē ſi modū ſciēdi neſcierit. Modus. n. ſciēdi eſt vt
ſcias quo ordie. quo ſtudio. quo fine ſcir̄ queq3 opteat
q̄ ordie vt id pus qđ maturi⁹ ad ſalutē. q̄ ſtudio vt id
ardētius qđ efficatius eſt ad amorē. quo fine vt nō ad
inanē gloriā vel curioſitatē velle aliqd ſ3 ad edificatio
nē tui ⁊ pximi. Sūt nāq3 q̄ ſcire volūt eo fine tm̄. vt ſci
ant ⁊ curioſitas eſt. qdā vt ſciant̄ ⁊ vanitas eſt: qdā vt
ſciam vēdāt ⁊ turpis q̄ſtus eſt. qdā vt edificēt ⁊ pxi

c dentia eſt quedam vt edificent ⁊ charitas eſt.
¶ Deinde cū dicit.(Si quis aūt diligit ⁊c̄.)hic oſtēdit a
quibus hec ſcia habeť ſufficiēter:q: ab illis q vtūť ea ex
charitate. Primo ḡ ſupponit ſciam cū charitate. Scđo
oñdit ſufficiētiā talis ſcie ibi.(Hic cognitus eſt.)Dicit
ḡ:ſi quis ⁊c̄.q.d. Jlle pfecte nō ſit q neſcit queadmoduʒ
opoꝛteat eū ſcire. Si quis aūt diligit deū:⁊ ita cū ſcia hʒ
charitatē hic cognitus.i.approbatus eſt ab eo. Nouit
2 .n.dñs.q ſunt eius.2.Ti.2.Uñ talis vere ſcit deo ap/
probāte:q: bñ vtiť ſcia pp charitatē annexā. ¶ Notā
dū eſt hic q̄ ad hoc q̄ aliqs ſciat queadmodū opʒ ſciř
9.ſunt neceſſaria. Primo humiliter ſine iflatiōe. Phl.4.
Scio humiliari.ps.Si nō humiliter ſentiebā. Scđo
ſobrie ſine pſumptione.ſupra.1. Nō iudicaui me ſcire
Ro.12. Nō plus ſapere q̄ opʒ. Tertio certitudinaliter
ſine heſitatiōe.2.Ti.1.Scio cui credidi:⁊ certus ſum
Quarto veraciter ⁊ ſine erroꝛe.2.Ti.3. Semp diſcen
tes,⁊ nūq̄ ad ſciaʒ vitatis puenientes. Quīto ſimplr ſi
ne deceptiōe.1.Ti.6.Oppoſitiōes falſi nois ſcie. Sex/
to ſalubriter cū charitate ⁊ dilectiōe ifra.13.Si habue/
ro oēm ſciam charitatē aūt nō habuero. Septio vtiľr
cū proximoꝝ edificatiōe.ifra.12.Alij dať ſermo ſcie ī eodē
ſpū. Octauo liberaľr cū gratuita cōicatiōe.ſap.6.Ponā
in lucē ſapiam eius. Nono efficaciter cū bona opera/
tione. Scienti.n.bonū ⁊ non facienti pctm̄ eſt illi. Jac.
4. Primū.ſ.humilitas ſciētie arguit ſapiētes ſuperbos
ſobrietas curioſus.certitudo dubioſos.veritas hereti/
cos.ſimplicitas aduocatos.ſalubritas magnos.vtili/
tas iniquos.liberalitas auaros.efficatio ocioſos.
¶ Deide cū dicit.(De eſcis aūt q̄ idolis ⁊c̄.) Hic oſtē
dit qualē ſciam hñt de idolotitis:oñdēs pmo q̄ ſciunt
3 idolū nihil eſſe. Scđo q̄ ſciūt oia a deo eſſe ibi.(Naʒ
⁊ ſi ſunt q dicanť dij ⁊c̄.)Jn pma pmo dicit idolum ni
hil eſſe. Scđo iuxta hoc ad declarationē oñdit deū nō
niſi vnū eſſe ibi.(Et q̄ nullus deus ⁊c̄.)Dicit ḡ.d his
aūt ⁊c̄.q.d.pdictis modis nō valet ſciētia:ſʒ tñ de eſcis
que imolanť idolis ſcimus ſniā vera.ſ.q̄ in ſe ſunt lici
te nec pp idolū ſunt imūde:⁊ hoc q: idolū nihil eſt in
mūdo. Hoc tripliciter exponiť. Primo mō ſic. Jdolum
nihil eſt in mūdo.i.inter creaturas mūdi q̄ntum ad foꝛ
4 mā idoli.lʒ.n.mā idoli ſit aliqd.ſ.aurū vel argentū vel
hmōi:tñ nil eſt foꝛma.ſ.que creditur ibi eſſe ab idola/
tris:q credūt idolū eſſe deū. Eſa.41.Ecce vos eſtis ex
nihilo ⁊ opus vřm ex eo q̄ nō eſt. Scđo mō ſic idolū
nihil eſt.ſ.pſona ſubſiſtēs ex ſimulacro ⁊ ſpū pſidēte.
Ex illis.n.duob' nihil fit ſicut ab idolatris putať. Jer.
10.Cōfuſus eſt ois artifex i ſculptili:q: falſum eſt q̄ cō
flauit.⁊ nō eſt ſpūs i eo. Tertio mō ſic.idolū nihil eſt i
mūdo.i.nullius rei q̄ ſit i mūdo hʒ ſilitudinem. Eſt.n.
dña iter idolū ⁊ ſimulacrū:q: ſimulacrū dř qđ fit ad ſi
militudinē rei alicuius nālis idolū ad nullius rei fit ſi
militudinē:vt ſi coꝛpi hūano addať caput equi. Eſa.
5 40.Cui ſimilē feciſtis deū ⁊c̄.Et ſcim' ēt q̄ nullus de
us niſi vnus.Deut.6.Audi iſrael dñs de' tu' de' vn' eſt.
¶ Deide cū dicit.(Nā ⁊ ſi ſunt q ⁊c̄.)hic oñdit q̄ ſci/
unt oia a deo eſſe nō a dijs nūcupatiuis vel adoptiuis
vt ſunt idola vel ſci:ſʒ ab vno ſūmo.p° ḡ pōit quō pōt i
telligi deoꝝ pluralitas.ſ.p adoptionē vľ nūcupatiōeʒ.2°
quō eſt diuinitatis vnitas.ſ.p eſſentiam ibi.(Nobis tñ
vnus deus ⁊c̄.)Ubi p° tāgit vnitatē in p̄re. Scđo i fi/
lio ibi.(Et vnus dñs ⁊c̄.)Jn pma tāgit tria.ſ.eſſentiā.
q: vnus deus pſona eſt pr̄.potētiā ex quo oia.clemētia
q: ⁊ nos i illo.filij iſta tāgit i filio. Dicit ḡ. Nā ⁊ ſi ſunt
⁊c̄.q.d.⁊ vere nō eſt niſi vnus deus. Nā ⁊ ſi ſunt q di
canť dij vere pticipatiōe diuinitatis vt ſancti.ps.Ego di
xi dij eſtis.ſiue i celo vt ſancti cōpꝛehēſoꝛes.ſiue in ter
ra vt ſancti viatoꝛes. Si qdē ſunt dij multi vere pticia/
patione diuinitatis vt ſancti ⁊ iuſti dñi apli.⁊ plati.nobis d
tñ ⁊c̄. Alio mō legiť ſic. Nā ⁊ ſi ſunt q dicunť dij a gēti
bus.ſ falſa nūcupatiōe.ſiue in celo vt ſol ⁊ luna:ſiue i
terra vt mercurius ⁊ dyana:ſiqdē ſunt dij multi ſola.ſ.
nūcupatione ſm gētiles.ps.Oēs dij gētiū demonia:⁊
dñi multi:q aliqs pſunt:nobis tñ tñ vnus eſt deus eſ
ſentialiter.ſ.pater ex quo oia ſm nām ⁊ p paternā au/
ctoꝛitatē.Ro.11.Ex quo oia ⁊ nos i illo p grāʒ act.17.
Jn ipſo viuimus mouemur ⁊ ſumus. Et vnus cū pa/
tre de' dñs ieſus xps. Jo.10.Ego ⁊ pr̄ vnū ſum'. Per
quē oia.ſ.facta ſunt ſm nām. Joā.1.Oia p ipſum facta
ſunt ⁊ nos p illū.ſ.ſumus i deo p grāʒ. Ro.1. Per quē
accepim' grām ⁊c̄.ḡ vnus eſt altiſſimus creatoꝛ oium 2
oipotēs.ex his elicit talis rō.nō ē niſi vn' de' q fec̄ oia
ſʒ mlta ſūt idola:ḡ ñ ſunt de' q fecit oia: nec credunť
aliqd.ḡ nihil.(Sʒ nō i oib' ē ſcia.)Habito q̄ maioꝛes
illoꝝ hñt ſciaʒ de idolotitis.h oñdit q̄ minoꝛes hac ſcia
carēt. Ubi pmo oñdit q̄ in qbuſdā defuit pdicta d ido
lotitis ſcia. Scđo q̄ pp hoc eſu idolotitoꝝ polluiť eoꝝ
cōſciētia. Ubi pmo tāgit pollute cōſcie rōnē. Scđo ip
ſam pollutionē ibi.(Et ꝯſcia ipſoꝝ ⁊c̄.)Dicit ḡ.(Sed 3
nō oibus ⁊c̄.).q.d.h ſcimus nos.ſ.q̄ idolū nihil eſt:ſʒ
nō in oibus vt i infirmis eſt ſcia hec: ⁊ vere nō eſt i oib'
Quidā.n.⁊c̄. Uel ſic. Nos ſcimus q̄ idolū nihil eſt in
mūdo. Quidā.n.cū ꝯſcia idoli:q:.ſ.putēt idolū aliqd
diuinū eſſe vſq̄ nūc.i.poſt cōuerſionē:ſicut añ mādūcāt
idolotitū.i.de ſanctificatis idolis:⁊ hoc nō quaſi cibū
ſimplr:ſʒ q̄ſi idolotitū.ſ.in reuerētiā idoli ⁊ ꝯſcia illoꝝ
cū ſit infirma polluiť p illos.ſ.q hñt rectā ſciam:ſʒ nō cū
charitate p quos i hūc erroꝛē infirmi iducunť:deut.27.
Maledict' q errare facit cecū i itinere. Hic innuit q̄ nō ſcī
b'ſʒ ꝯſcia polluiť p pctm̄ comedēdo ad exēplū maloꝝ.
¶ Deinde,cū dicit.(Eſca aūt nō cōmēdat ⁊c̄.)Hic q̄r
to oñdit q̄ coꝛā eis idolotita comedere nō debēt. Ubi 4
pmo oñdit q̄ hmōi comeſtio nihil prodeſt apud deū.
Scđo pbat q̄ nō pſtat aliqđ bonū augmētū ibi.(Ne/
q̄.n.ſi non māducaueritis.)Dicit ergo:eſca aūt ⁊c̄.q.
d. Jllis nocet veſtra comeſtio.vobis autem non pdeſt.
Eſca.n.nos nō comēdat deo ſed recta fides in edēdo.
Nā nec Eſau eſu lēticule iuſtificatus ē:nec Helias eſu
carniū pollutus eſt. Ro.14. Nō ē regnū dei eſca ⁊ po/
tus. Heb.vlt. Bonū eſt grā ſtabilire coꝛ nō eſcis.
¶ Deide cū dicit.(Neq̄.n.ſi nō māducauerim' ⁊c̄.)
hic pbat qđ ppoſuit ⁊ ē ſua rō talis. Nō comedere ido
lotitū nō diminuit bonū:comedere nō auget:ḡ talis eſ
ca ſumpta vel nō ſumpta nihil pdeſt apud deū ⁊ hoc
eſt qđ dicit. Nihil.n.ſi nō māducerimus deficiemus.i.
minus ab eo habemus.neq̄ ſi māducauerimus abū/
dabimus in virtutibus:q: eſca vētri nō menti pficit:⁊ 5
ita cū nō ſit de veritate vite iuſtitie ⁊ doctrine dimittē/
da eſt pp ſcādalū. ¶ Lectio. II.

Videte aūt ne foꝛte hec licētia ve/
ſtra offendiculuʒ fiat infirmis.
Si qs.n.viderit euʒ qui hʒ ſciē
tiā in idolo recūbentē:nōne cō
ſciētia eius cū ſit infirma:edificabiť ad man
ducandū idolotita. Et peribit ifirmus i tua
cōſcientia frater:pp quē xps moꝛtuus eſt.
Sic aūt peccantes in fratres:ſi percutiētes 4.d.
conſcientiam eoꝛum infirmam in xpo pec/ 38.
catis. Quapꝛopter ſi eſca ſcandalizat fratrē q.2.
meū,nō manducabo carnem in eternū ne ar.p.
fratrem

ſratrem meum ſcandalizem.
a ¶ Hec eſt ſcḋa ps huius capituli: ſupius.n.oñdit q̄ i
ſe licita eſt comeſtio idolotitoꝝ: hic mõet abſtinere ab
ea pp̄ ſcādalū īfirmoꝝ. Ubi pmo monet ne offendant
frēs ſua comeſtiōe. Scḋo qō pōt offendere ibi. (Si.n.
qs viderit ⁊c̄.) Tertio oñdit malū qḋ inde pōt accide
re ibi. (Et peribit īfirm⁹ ⁊c̄.) 4° pbet ſe i exēplū abſtinē
tiū ibi. (Quapp̄ ſi eſca ſcādalizat ⁊c̄.) Dic̄ ḡ. videte q̄
q̄uis ad nos nihil ꝓdeſt vel obeſt eſca ipſa: ſʒ tn̄ videte
ne forte hec licētia vr̄a q̄ ſcitis licere vobis comeder̄ d̄
idolotitis offendiculū fiat īfirmis ī fide q nōdū ſciunt
idolū nihil eē. Leui.19. Corā ceco nō pōes offēdiculū.
¶ Deīde cū dicit. (Si qs viderit ⁊c̄.) Hic oſtēdit quō
pōſſit offendere: q̄ comedēdo idolotiti corā īfirmis vbi
implicāt̄ q̄tuor ꝯcurrētia ad ſcādalū. Prio maior ſcīa.
2 Scḋo comeſtio idolotiti publica ibi. (In dolo recūbē
tē.) tertio occaſio ſcādali accepti ibi. (Nōne ꝯſcia ei⁹)
Dic̄. ḡ. ſi.n. qs ⁊c̄. q.d. Et vere pōt eſſe offēdiculū. Si
.n. qs īfirmus viderit eū q hʒ ſciam recūbētē ī idolo. i.
in pſentia idoli. nōne ꝯſcia ei⁹ cū ſit īfirma pte edifica
bit. i. p pactū tuū ad manducādū idolotita. i. ſacrifica
ta in reuerētiam idoli. q.d. ſic videns.n. qs fratrem peri
tum in idolo ſacrificata comedere incipit ipſe edere nō
illa conſcientia qua ille. ſ. peritie cauſa: ſed ibi puta eſ
ſe numē in cuius reuerentia hoc fiat.
¶ Deīde cū dicit. (Et peribit īfirmus.) Hic oñdit ma
lū qḋ īde pōt accidere: ⁊ hʒ duplex. p̄rio ſcādalū primi.
Scḋo offenſaʒ primi ibi. (Si āt peccātes ⁊c̄.) In p̄ria
3 implicant̄ tria: peccātis cōditio: q̄ īfirmus peccādi oc
caſio q̄ ī tua ꝯſcia. pctī exageratio. q̄ pp̄ quē xp̄s mor
tuus eſt. Dicit ḡ. ⁊ ita pibit īfirmus ī fide. i. in tua ſcia
frater. i. occaſiōe accepta a tua ſcia. q̄ te ſapiētē videt
comedere putās q̄ ſub idoli veneratione comedas pp̄
quē ſaluādū xp̄s mortuus ē. ⁊ ita grauiter peccas. ro.
14. Noli cibo pdere illū p quo mortuus ē xp̄s. Sic āt
peccātes ī frēs pctō ſcādali ⁊ pcutiētes ꝯſciaʒ eoꝝ īfir
mā gladio mali exēpli. Amos.9. Percute cardinē. i. cō
ſciaʒ ⁊ cōmonebunt̄ ſuplumiaria. i. itellect⁹ ⁊ affectus
In xp̄o pctis. cuius mēbra ſunt. nō alt ī xp̄ʒ ſʒ glo. q̄
in xp̄ʒ peccare ē xp̄ʒ negare. i. peccare ī fide. In xp̄o pec
care ē ī his q̄ xp̄i ſunt peccare. ſ. ī morib⁹ ſic ille q ī lege
4 eſt dr̄ ī lege peccare. q āt ī lege nō eſt dr̄ peccare ī legē.
¶ Deīde cū dicit. (Quapp̄ ſi eſca ⁊c̄.) Hic vltio pro
ponit ſe in exēplū abſtinētie. Ubi pmo īplicat ſcādalū.
Scḋo ex hoc explicat abſtinētia ꝓpoſitū ibi. (Nō mā
ducabo ⁊c̄.) Tertio ꝓuenit dubiū ibi. (Ne fratrē me
um ⁊c̄.) Dicit ergo. Quapp̄ ne. ſ. peccē in xp̄m ſi eſca
ſcādalizat fratrē meū nō māducabo carnē aliquā non
ſolū idolotita ī eternū. ſi ergo pp̄ ſcādalū fratrē abſti
nēdū ē q̄ſi a neceſſarijs vite: multomagis a ſupfluis ⁊ hʒ
nō tā q̄ eſca in ſe mala ſit: ſed ne ſcādalizē fratrē meū.
Nā q ſcādalizauerit vnū de puſillis iſtis expedit ei vt
ſuſpēdat̄ in collo eius mola aſinaria ⁊c̄. Math.18. ro.
14. Oīa mūda mūdis. ſʒ malū eſt hoī q p offendiculū
5 māducat. ¶ Hic q̄rit̄ ſup illud. Scia iflat. Glo. ſcia p
ſe inutilis ē. ¶ Cōtra ſcia p ſe bona ē. ḡ ⁊ vtilis. ¶ Reſ
ponſio. Inutilis eſt ad ſalutem: vtilis tamen ad mul
ta alia. ¶ Itē charitas edificat. ¶ Cōtra. ſicut ſcia in
flat nō p cām ſʒ p occaſionē ſic ⁊ charitas. Rñō. Nō ē
ſile q̄ ſcia habēti ſe manifeſtat: ſʒ ñ ſic charitas: q̄ ne
mo certus ē de charitate. ¶ Itē ſup illud. Idolū nihil
eſt glo. Nā mdeus formauit: ſʒ ſtultitia hoīum formaʒ
dedit. ¶ Cōtra. Oē eē eſt a deo ḡ oīs forma. Rñō glo.
loqt̄ de forma putatiuā nō de vera. ¶ Itē ibidē glo.
Forma hoīs in idolo nō eſt facta p vbū. ¶ Cōtra. Jo.
1. Oīa p ipſum facta ſunt. Rñō. q̄uis forma hoīs in ido
lo ſit facta p verbū nō tñ in idolo. ſ. ad colendū. ¶ Itē b
ibidē glo. idolū nihil eſt q̄ nullius rei que ſit in mūdo
ſimilitudinē hʒ. ¶ Cōtra non pōt artifex cogitare vel
formare niſi qualia vidit. Rñō. Nō hʒ ſimilitudinē in
toto ſed in ptibus. ¶ Itē ſup illud. Nullus deus niſi
vnus glo. hoc dicit ne putet̄ eſſe de⁹ in idolo. ¶ Con
tra. deus licʒ ſit vnus tñ eſt vbiqʒ. Rñō in idolo ē p po
tētiā ñ p pſidētiā vel vnionē vt putabāt gētiles. ¶ Itē
ibidē glo. ps trinitatis nō pōt eſſe q̄cūqʒ vnus in trib⁹.
¶ Cōtra cuiuſlibʒ numeri ps eſt vnitas. Rñō. Trini
tas nō ē numerus ſimplr̄: ſʒ numerus pſonaꝝ. ¶ Itē
ſup illud. Et ſi ſunt q dicunt̄ dij. Glo. ꝑticipatione di 2
uinitatis. ¶ Cōtra diuinitas ē imparticipalis. Rñſio
ꝑticipatio hec p cām eſt nō p eſſentiā. ¶ Itē ibidē gl.
querit̄ vtrū angeli vocādi ſint dij. Rñſio q̄uis ꝑtici
pēt diuinitatē tñ ſʒ glo. nō ſunt dicēdi dij pp̄ periculū
adoratōis. ¶ Itē ſup illud. Nobis tñ vnus pater. gl.
trinitas eſt nobis vnus pater. nō tñ ille q tertia ī trini
tate pſona alius. ¶ Cōtra. Idē ⁊ aduerſū diuidūt ens 13.ar
Rñdeo q̄uis idē ⁊ aduerſum diuidāt ens creatū ñ tñ gu.
increatū. q̄ ibi eſt idētitas ī eſſentia cū diuerſitate ī p ſoluũ
ſonis. ¶ Itē nō ī oībus ē ſcia. ¶ Cōtra ſupra. eodē. tur
Oēs ſciaʒ hēmus. Rñſio. Illud nō itelligit̄ vlr̄. ſʒ ī ma abſo
ioribus. ¶ Itē ſup illud. Eſca nō cōmēdat nos deo di lute.
cit glo. ſumpta vel nō ſumpta. ¶ Cōtra. ḡ abſtinētia p 158.
hil meret̄. Rñſio. Nō v̄tus eſce. ſʒ v̄t⁹ abſtinētie ꝓdeſt. 3
¶ Itē ſi eſca ſcādalizat ⁊c̄. ¶ Cōtra ḡ p ſcādalo frīs
a pane ⁊ vino abſtinēdū eſt ī ppetuū. Rñſio. Nō ē ſile
de neceſſarijs ⁊ ſupfluis. Uel loqt̄ hʒ de ſcādalo actiuo vl̄
paſſiuo. Uel pfectiōis ē hoc ñ neceſſitatis. ¶ Notādū eſt
hʒ ſup illud. Unus deus: q̄ deus pōt accipi multiplr̄. ſ.
falſa nūcupatione. ſic ydola dñr dij. ps. Oēs dij gētiuʒ
demonia. Jere.10. Dij q celū ⁊ terrā nō fecerūt peāt d̄ ter
ra. Uera adoptōe ſic ſancti dñr dij. ps. Ego dixi dij eſtis
⁊ filij excelſi oēs vos aūt ſicut ⁊c̄. Mūdana p̄latōe ſic
p̄lati dñr dij. Exo.22. Dijs nō detrahes. Jo.10. Si illos 4
dixit deos ad quos ⁊c̄. Eſſentie ꝓprietate. ſic trinitas
dr̄ deus. Deut.6. Audi iſrael dñs deus tuus vnus eſt.
¶ Itē notādū q̄ xp̄s vnus ſine pari multiplr̄ dr̄. Pri
mo vnus deus pp̄ nām diuinitatis. Un̄ ſic nullus ē de
us niſi vnus. Scḋo vnus creator pp̄ īfirmitatē ꝑtātis
Ecc.1. Un⁹ ē altiſſimus creator oīum. Tertio vnus hō
pp̄ ſingularē eminētiā ſanctitatis. ps. Nō ē q faciat bo
nū ⁊c̄. Jo.11. Expedit vt vnus moriat̄ hō. Quarto vn⁹
dñs pp̄ gubernationē p̄lationis. Eph.4. Unus dñs
vna fides ⁊c̄. ⁊ hʒ mō vnus dñs ieſus xp̄s. Quīto vn⁹
magiſter p ꝑfuſionē cognitōis Mat.23. Nō vocemi
ni magiſtri q̄ magiſter veſter vnus ē xp̄s. 6° vn⁹ pr̄ pp̄
ꝓductionē vniuerſitatis. Mat.23. Un⁹ ē.n. pr̄ veſter
q ī celis eſt. 7° vnus paſtor pp̄ gn̄alē refectionē ppl̄i fi
5 delis. Jo.10. Fiet vnū ouile ⁊ vn⁹ paſtor. 8° vna hoſtia
pp̄ ſingularē pciū nr̄e redēptōis. heb.10. Una.n. obla
tōe ꝯſumauit ī eternū ſcīficatos. CAP. IX.

Non ſuz liber nō ſuz ap̄ſus. Nō 3.q.
ne xp̄m dñz noſtrū vidi nonne 57.
opus meū vos eſtis in dño. Et ar.6.
ſi alijs non ſum apoſtolus. ſed 3m
tñ vobis ſum. Nam ſignaculum apoſtola
tus mei vos eſtis ī dño. Mea defēſio apd
eos qui me interrogant hec eſt. Nunquid
non habemus poteſtatez manducandi: ⁊
bibendi. Nunquid non habemus poteſta
tem ſororem mulierculam circūducendi. ſi

cut ⁊ ceteri apl̄i ⁊ fratris dn̄i ⁊ cephas. Aut
c ſolus ego ⁊ barnabas nō habemus pote
ſtatē hoc operādi. Quis militat ſuis ſtipēdi
is vnq̄. Quis plātat vineā. ⁊ de fructu ei⁹
nō edit. Quis paſcit gregem: ⁊ de lacte gre
gis nō mādūcat. Nunqd ſm hoīem hec di
co. An ⁊ lex hec nō dicit. Scriptū eſt. n. ī le
2 deu. ge moyſi. Nō alligabis os boui triturāti.
25. Nunqd de bobus cura eſt deo. An pp nos
cap. vtique hoc dicit. Nam propter nos vtiq̄
ſcripta ſunt qm̄ dʒ in ſpe q arat arare ⁊ q tri
turat in ſpe fructus pcipiendi.
¶ Superius monuit cauere ab edēdo idolotita corā ī
firmis pp ſcādalū fratrū īfirmoꝝ: hic ꝑponit ſe ī exem
pluꝫ q: pp alios abſtinet ſe a ſibi licitis. ſ. ab acceptiōe
ſumptuū: vbi p̄mo ꝑponit multiplr̄: q: licitū eſt ſump
tus accipere. Scd̄o q nihilominus nō vult accipe ibi.
(Ego aūt nullo eoꝝ vſus ſum ⁊c̄.) In p̄ma pte q lici
tū ſit ſumptus accipere ꝓbat triplr̄. Pri° p auctoritā
3 tē. Scd̄o p rōnem. Tertio p exēploꝝ ſilitudinem ibi.
(Neſcitis q hi q ⁊c̄.) In h° p̄mo ꝓbat p auctoritatem
aplice dignitatis. Scd̄o p auctoritatē humane cōſue
tudinis ibi. (Quis militat ſuis ſtipēdijs ⁊c̄.) Tertio p
auctoritatē dīne legis ibi. (Nūqd ſm hoīeꝫ ⁊c̄.) In p̄
ma p̄mo ꝓbat q ſit aplus generalr̄. Scd̄o q ſit aplus
eorum ſpecialr̄ ibi. (Et ſi alijs non ſuꝫ aplus.) Tertio
q pōt accipere ſumptus licite ibi. (Nunqd nō habe
mus ⁊c̄.) In p̄ma p̄mo querit an habeat libertatē ac
cipiēdi ſumptus. Scd̄o an ſit aplus ibi. (Nō ſum apl̄s
⁊c̄.) Tertio ꝓbat duplici rōne q ſit liber. ⁊ aplus ibi.
(Nōne dn̄m ieſum xp̄m ⁊c̄.) Dicit ergo nō ſum liber.
⁊c̄. q. d. Abſtinete ab hoc licito. ſ. ab eſu idolotitoꝝ: q:
ego ēt abſtineo a ſtipendijs: cū tn̄ habeā libertatē acci
piendi. Nunqd. n. nō ſum apl̄s. imo vere ſum apoſto
lus. Gal. 2. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatū cir
4 cūciſionis operatus eſt ⁊ mihi inter gētes. Eſt ergo rō
aplʒ ſua talis. Oīs apl̄s rōne ſui aplat⁹ hʒ libertatē accipiē
ſe dic di ſumptus: ſʒ ego ſum apl̄s. vtrūq̄ ꝓbat poſtea. g̃ ⁊c̄.
pau ¶ Deīde cū dicit. (Nōne dn̄m ieſum xp̄m ⁊c̄.) Hic ꝓ
lus bat duplici rōne q ſit apl̄s. p̄mo p cauſam. ſcd̄o p effe
q: a ctū ibi. (Nōne opus meū ⁊c̄.) Pria rō ſumit ex parte
xp̄o xp̄i mittētis. Scd̄a ex pte corinthioꝝ qbus mitit. p̄ᵃ
miſ rō talis eſt. Ego vidi dn̄m q me miſit ad p̄dicādū. ergo
ſus ē ſum apl̄s. Et h̄ ē q dicit. Nōne ⁊c̄. q. d. Vere ſuꝫ apl̄s.
Nōne dn̄m yh̄m xp̄m vidi hoc dicit pp pſeudo aploſ
q dicebāt ipſum nō eſſe aplm̄. q: non fuerat ī ſocietate
dn̄i ſicut ceteri apl̄i. Ipſe aūt vidit eū iaꝫ īmortalē ſm
5 glo. Vel in via. Act. 9. Vel ī tēplo. Act. 22. Vn̄ Act. 9.
Barnabas apprehēſuꝫ illū, duxit ad aploſ: ⁊ narrauit
quō ī via vidiſſet dn̄m. infra. 15. Nouiſſimo oīum tāq̄
abortiuo viſus eſt ⁊ mihi. Nōne opus meū ⁊c̄. Ecce ſe
cūda rō talis. Vos eſtis cōuerſi ad fidē p me miſſum
ad hoc. ergo ſum apl̄s. Nōne opus meū vos eſtis o co
rinthij ſicut tēplū architecti. ſupra. 3. Ut ſapiēs archi
tectus fundamētū poſui. ¶ Itē vt illi⁹ opus genitoris
. ſ. 4. In xp̄o ieſu p euāgeliū vos genui. op⁹ inq̄ meū
⁊ h̄ ī dn̄o. i. dn̄o coopāte. Vel ī dn̄o. i. ad glaꝫ dn̄i. q. d. ſic
¶ Deīde cū dic̄. (Et ſi alijs aplis ⁊c̄.) Hic ꝓ (eſtis.
bat q eſt apl̄s eoꝝ ſpālr̄. Ubi p̄mo ꝑponit q ē aplus
eoꝝ ſpālr̄. Scd̄o ꝓbat h̄ p effectū ibi. (Nā ſigillū apla
tus ⁊c̄.) Tertio oñdit q p effectū illū defendit ſe eſſe
aplm̄ ibi. (Mea defenſio ad eos ⁊c̄.) Dicit g̃. Et ſi ⁊c̄.
. q. d. Vere opus meū eſtis: q: ⁊ ſi alijs. i. iudeis quoꝝ

legē euacuo: nō ſum. ī. nō videor eē apl̄s. ſʒ tn̄ vobis ſū d
q p me ꝯuerſi eſtis ſpecialr̄. Ro. 11. Quādiu gētiū ſuꝫ
apl̄s miniſteriū meū honorificabo. Et vere vobis ſum
apl̄s: nā vos eſtis ſigillū aplatus mei. i. forma ⁊ ſigillū
q: aplatus meus impreſſus eſt ī vobis ſicut forma ſigilli
in cera. Glo. in vobis apparet q ſum apl̄s dū habetis:
p me qḋ ēt p alios aploſ. 1. cor. 9. Signa aplat⁹ mei fa
cta ſunt ſup vos. Vos eſtis inq̄ ī dn̄o. i. dn̄o p̄ncipali
actore ⁊ vere ita ē: q: mea defenſio ad eos q me īterro
gāt vtrū. ſ. ſiꝫ apl̄s. ſ. h̄ eſtis vos: p vos. n. oñdo me eſſe
¶ Deīde cū dicit. (Nūqd nō hēmus ⁊c̄.) h̄ (aplʒ.
oñdit: q pōt accipere ſumptus licēter. Ubi p̄mo q̄rit
an habeat hāc ptātē gn̄aliter. Scd̄o q̄ꝫ tū ad pſonas d
a terīatas ſpālr̄ ibi. (Nūqd nō habem⁹ ptātē ⁊c̄.) Ter
tio an ipſe ⁊ Barnabas ſint hac ptāte p̄uati ſingulr̄.
ibi. (An ego ſolus ⁊c̄.) Dicit g̃. nūqd ⁊c. q. d. nā cū ſiꝫ
apl̄s nūqd nō habemus ego ⁊ mei ptātē mādūcādi: ⁊
bibēdi noſtra. i. viuēdi ſtipēdijs noſtris. Aug. Permi
ſit dn̄s: ſi iuſſit aplis accipere neceſſaria a ſubditis. Nū
qd nō habem⁹ ptātem mulierē ſororē. ī. fide circūducē
di nobiſcū pp ſumptus miniſtrādos. Ambr. i. gl. Mu
3 lieres deſiderio doctrine dn̄ice ⁊ virtutū cupide aploſ
ſequebātur ⁊ miniſtrabāt eis ſumptus. ⁊ ſeruitia. Et ſi
militer xp̄m ſecute ſunt. Luc. 8. ⁊. 23. Sicut ceteri apl̄i
vt habet act. 6. Et ſic fratres. i. cognati dn̄i q maiores
ſunt. Gal. 2. Jaco. ⁊ Joh. q videbantur colūne eſſe ⁊c̄.
⁊ cephas q maxius eſt īter aploſ. vn̄ cephas īterptat
caput Ambr. Nō hos rephēdit apls: ſʒ eoꝝ more ſibi
ꝓbat licere. idcirco aūt vt ait Aug. Dn̄s mulieres mi
niſtraturas ſeq voluit oſtendens qd debet a plebibus
euāgeliſtis. Vel ideo ēt ne videret aliene a ſaluti. Aut
nunqd ego ſolus ⁊ Barnabas. Iſti. n. fuerūt coniuncti
ad p̄dicādum gentibus Act. 13. Segregate mihi Bar
nā ⁊ Paulū in opus ad qḋ aſſumpſi eos. Nō habem⁹
ſm opinionē veſtrā poteſtatē hoc operādi. ſ. mulieres
4 circūducēdi ⁊ ſumptus accipiendi. q. d. imo. habemus
ſicut alij. ſʒ oēs alij licite accipiūt. g̃ ⁊ nobis licet.
¶ Deīde cū dicit. (Quis militat ſuis ſtipēdijs ⁊c̄.)
Hic ſecundo ꝓbat q liceꝫ accipere ſumptus per aucto
ritatē humane ꝯſuetudīs. ⁊ p̄° in ſtatu militis. 2° agrico
le ibi. (Quis plātat vineam ⁊c̄.) Tertio paſtoris ibi.
(Quis paſcit gregē ⁊c̄.) Militi ꝯparat p̄latus pp ſub
ſidiū agricole pp verbū paſtor pp exemplū. Dʒ. n. ſub
ditos defendere ſuffragio: plātare verbo: paſcere exem
plo. Primū reſpicit extra eccleſiā exiſtētes. 2ᵐ eccleſiā ī
trantes. 3ᵐ ī eccl̄ia ꝯmorantes. Dic̄. g̃. Quis militat. q.
d. vtiq̄ habemus ptātē accipiēdi ſumpt⁹. ⁊ merito. qs
militat ſuis ſtipēdijs. q. d. vnq̄ nullus. Dabāt. n. mili
bus ſtipēdia de republica. Vn̄ Jo. dic̄ Luc̄. 3. Cōtenti
eſtote ſtipēdijs veſtris ſi p̄dicatores ⁊ p̄lati accipe pn̄t 5
ſumptus a ſubditis. 1. Ti. 1. Ut milites ī illis militia bo
nā. Quis. n. plātauit vineā ⁊ de fructu eius non edit.
Vinea dn̄i eſt eccleſia. Eſa. 5. Vinea dn̄i ſabaoth dom⁹
iſrael eſt. Apoſi. n. fuerūt plātatores huius vinee. ſ. 3.
Ego plātaui apollo rigauit. Quis ēt paſcit gregē ⁊ de
lacte eius nō mādūcat. Quaſi. d. nullus. Grex dn̄i ſūt
fideles eccleſie. Eze. 34. Vos greges paſcue mee. Hui⁹
gregis paſtores ſunt p̄lati ⁊ p̄dicatores. Vn̄ p̄mo p̄la
to dictū eſt. Paſce oues meas. Jo. 21. Tales pn̄t paſci
de lacte gregis. q: pn̄t accipere ſumpt⁹ a ſubditis. Si g̃
defendimus plātam⁹ ⁊ paſcimus more boni militis: bo
ni aggricole boni paſtoris: lʒ nobis ſumptus accipere.
Sʒ q: hodie multi ſunt q ſtipēdia accipiūt ⁊ militant
edūt fructū vinee ⁊ nō plātāt: lac comedūt ⁊ gregē nō
paſcūt: Eze. 34. Lac comedebatis gregē aūt meū ñ pa
ſcebatis. ¶ Notādū ſup illud. Nōne dn̄ꝫ ieſuꝫ vidiq̄
multiplicem

a multiplicē dñi legimus viſionē. Unā corporalē que p
teriit. de qua Baruch. 3. Poſt hec in terris viſus ē ꝛ cū
hoībus cōuerſatus. Scđam ſpūalē q̄ p̄ſens eſt. ps. Ua
cate ꝛ videte: qm̄ ego ſum deus ꝛc̄. Tertiā eternalē: q̄
futura ē. de qua Jo. 17. Uolo vt vbi ego ſum ꝛ illi ſint
mecū vt videāt claritatē meā Job. 19. In carne mea vi
debo deū. Quartā momētaneā que ēt futura eſt, de q̄
Luc. 21. Tūc videbūt filiū hoīs veniētē in nube cum
ptāte magna. Pria fuit in mūdo. Scđa ī aīo. 3ª in celo
erit. 4ª erit in iudicio. pª viſio dat exēplū viuēdi. 2ª adiu
toriū ꝓficiēdi. 3ª deſideriū ꝑueniēdi. 4ª odiū peccādi.
2 ¶ Prima dat exēplū viuēdi triplr: q2 viſus eſt paup
ꝛ penoſus. vt refreneſ cupiditas diuitiaꝝ. ps. Ego ſu
paup ꝛ dolēs ꝛc̄. ps. Uideant pauperes ꝛ letenſ. Sic
viderūt paſtores. Luc. 2. Uilis ꝛ abiectus: vt refreneſ
ambitio honorū. Eſa. 53. Uidimus eū ꝛ nō erat aſpe
ctus ꝛ deſiderauimus eū viꝝ deſpectū. Jo. dī Math.
11. Diſcite a me: q2 mitis ꝛ humilis ſum. Afflict⁹ ꝛ paſ
ſus. vt refreneſ ꝯcupiſcētia voluptatū. Tren. 1. O vos
oēs q̄ trāſitis p viā videte ꝛc̄. ¶ Scđa viſio dat adiu
toriū ꝓficiēdi triplr: q2 dat robur penitētibus culpas:
ꝛ penas oſtēdēdo ſicut ſol attomos. Dan. 5. Uidit Bal
taſar manū ſcribētis. Job. 42. Nūc oculus me⁹ videt
te ꝛc̄. Spē certātibus mercedē manifeſtādo: ſicut dñs
operātī. Act. 7. Ecce video celos ꝛc̄. Leticiā cōtēplan
tibus p̄guſtatiōes offerēdo. ſicut tabernarius modicū
3 vini. ps. Guſtate ꝛ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Gen. 32.
Uidi dñm facie ad faciē: ſicut paulus b. ¶ Tertia vi
ſio eternalis dat deſideriū ꝑueniēdi pp tria. vʒ pp verā
iocūditatē. Eſa. vlt. Uidebitis ꝛ gaudebit cor vrm: q2
dulce lumē ꝛ delectabile ꝛc̄. Hoc ſignificatū eſt. Jo. 20.
Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño pp iocūditatis multipli
citatē ſiue pluralitatem. Eſa. 60. Tūc videbis ꝛ afflu
es ꝛc̄. Quippe q2 videbimus eū ſicuti ē. ꝛ ipſe erit oīa
in oībus. Erit. n. rōni plenitudo lucis volūtati multi
tudo pacis. memorie ꝯtinuatio eternitatꝫ. Propter pu
ritatis eternitatē. Apo. vlt. Serui eius ſeruiēt illi ꝛ vi
debūt p̄rem eius ꝛ regnabūt ī ſecula ſeculoꝝ. ps. Adi
4 plebis meq leticia ꝛc̄. ¶ Quarta viſio dat odiū ſiue ter
rorē peccādi pp tria. vʒ. pp furtū ꝓpalādū corā iudice
vidēte. Malac. 3. Ecce veniet ꝛ qs ſtabit ad videndū
eū: Ipſe. n. q̄ſi ignis cōflās ꝛc̄. Propter malefactorū ſe
uerā vītionē. Latro. n. vidēs ſociū ſuū ſuſpēdi plus tiet
furari. Jere. 7. Ite ad locū meū in ſylo: ꝛ videte qd fece
rim ibi. Sylo īterp̄taſ auulſa. Apoc. p. Uidi ſimilē filio
hoīs. Et lr̃a. Ex ore eius q̄ſi gladi⁹ ex vtraq̄ pte acu
tus exibat ꝛc̄. Propter viſaʒ. bonoꝝ p̄miatiōnē: vidēs
. n. clericus aliū p̄bendari: q2 bonus cauet a malo. ps.
Uidebūt iuſti ꝛ letabūſ: ꝛ oīs iniqtas opilabit os ſuū.
¶ Deīde cū dicit. (Nūqd ſm hoīem ꝛc̄.) Hic ꝓbat 3º
5 q licet ſumptus accipere p auctātē diuine legis. Ubi
pmo ꝓponit q lex hec dicit. Scđo verbū legis ponit
ibi. (Scriptū ē. n. ꝛc̄.) Tertio q̄lr itelligēdū ſit oñdit
ibi. (Nūqd de bob⁹ cura eſt ꝛc̄.) Dicit ḡ. (Nūqd ꝛc̄.)
q. d. ꝓbaui rōne hūane ꝯſuetudīs q lʒ nobis ſumpt⁹
accipere. Sʒ nūqd ſʒ hoīeʒ. i. ſʒ humanā cōſuetudīeʒ
vel ſīlitudīneʒ tm̄ dico hoc: an nō lex moyſi diuinit⁹ ꝓ
mulgata hoc dicit. q. d. imo dicit. Scriptū eſt. n. ī lege
moyſi. Deu. 25. Et habeſ idē. pª Ti. 5. Nō alligabis os
boui triturāti: vt poſſit viuere de labore ſuo. i. nō ꝓhi
bebis p̄dicatorē viuere de euāgelio. Triturare. n. eſt ſe
pare granū a paleis qđ facit p̄dicator abſtrahēdo aīas
a terrenis: diſcernēdo v̄tutes a vitijs. ſepādo vtilia a va
nis. Jere. 15. Si ſepaueris p̄cioſuʒ a vili quaſi os meū
¶ Deīde cū dicit. (Nūqd de bobus ꝛc̄.) Hic (eris
oñdit q̄lr dicta auctās itelligenda ſit. Et pmo q in
telligēda ſit lr̃aliter de bobus. Scđo q nō tm̄ lr̃aliter b
de bobus. ſʒ ſpūaliter de p̄dicatoribus ibi. (An pp nos
ꝛc̄.) Dicit ḡ. (Nūqd ꝛc̄.). q. d. Hec auctoritas de bob⁹
ſpūalibus. i. p̄dicatoribus intelligiſ. Nūqd. n. de bob⁹
aīalibus cura eſt deo vt de eis in lege p̄cipiat: An pp
nos hoc vtiq̄ dicit. q. d. Hoc vtiq̄ pp nos dicit. Nā pp
nos ſcripta ſūt hec ꝛ ſīlia. Ro. 15. Quecūq̄ ſcripta ſūt
ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt. Propter nos ingr̄ iccir 2
co: qm̄ p̄dicator q corda apit ad fidem dʒ arare in ſpe
ſtipendioꝝ tpaliū. nō tn̄ pp ſpem hanc. Dʒ. n. primuʒ
querere regnū dei. Et q triturat. i. bonos a malis quaſi
grana a malis diſcernit p̄dicando. ſ. ad mores dʒ hoc
facere in ſpe fructus ꝑcipiendi. 2ª Ti. 2. Laborantem
agricolam opoꝛtet pmum de fructibus ꝑcipere. Eccl.
6. Jo q arat ꝛ q ſeminat accidit ad illā ꝛ ſuſtinet bonos
fructus illius. ¶ Lect. II.

S I nos vobis ſpiritualia ſemina
uimus magnū eſt ſi nos carna
lia veſtra metamus. Si alij po 3
teſtatis veſtre participeſ ſunt: q̄
re nō potius nos. Sʒ nō vſi ſumus hac po
teſtate. Sʒ oīa ſuſtinemus: ne qđ offendicu
lū demus euāgelio xp̄i. Neſcitis qm̄ q in ſa
crario operanſ: que de ſacrario ſunt edūt.
Et q altario deſeruiūt: cuʒ altario pticipāt.
Ita ꝛ dñs ordinauit his qui euangeliū an
nunciant: de euangelio viuere.
¶ Superius ꝓbauit per auctoritatē q licet accipere 4
ſumptus hic ꝓbat idem p rōnem. Et pmo probat hoc
ex eoꝝ obligatione. Scđo ex pſeudo apl̄oꝝ accipienti
um ab eis operatōe ibi. (Sʒ alij poteſtatis noſtre ꝛc̄.)
Tertio dicit q nihilominus noluit vti hac ptāte ibi.
(Sʒ nō vſi ſumus ꝛc̄.) Pria rō talis eſt. Maius ē da
re ſpūalia q̄ʒ accipere tpalia. ergo ſi apl̄s dat ſpūalia lʒ
ei accipere tpalia. Primo ergo explicat bñficiū īpenſū.
Scđo explicat ſtipendiū exhibendū ibi. (Magnū eſt
ſi nos ꝛc̄.) Dicit ḡ. (Si nos ꝛc̄.). q. d. vere habem⁹ ptā
tem accipiendi ſumptus a vobis. Si. n. nos ſeminaui
mus vobis ſpūalia: fidē. ſ. ꝛ ſacramenta ſpūm alentia
a ſpūſancto miniſtrata magnū eſt ſi nos metamus ad
ſuſtētatōeʒ noſtrā carnalia. i. ad carnis ſuſtentationeʒ
cōceſſa. Q. d. Nō eſt magnū. Ro. 15. Si ſpūaliū eoꝝ p
ticipes facti ſunt gētiles debēt ī carnalibus miſtrare.
¶ Deīde cū dicit. (Si aūt alij ꝛc̄.) Ecce ſcđa rō ad idē 5
talis. Ueri apl̄i licentius pticipāt bona ſubditorum q̄ʒ
pſeudo: ſʒ pſeudo apl̄i pticipāt. ḡ multo plus veri apl̄i
pticipare dēnt. Prio ḡ ponit aña. Scđo ꝯñs ibi. (Qua
re nō potius nos ꝛc̄.) Dicit ḡ (. Si aūt alij) . ſ. pſeudo
quos nō exp̄mit ex noīe ne cōfundanſ. vocat eos alios
quaſi a cōſortio alienos eccleſie. Oēs. n. catholici vnū
ſunt. Jo. 17. Ut ſint vnū ꝛc̄. Si ingr̄ alij ptātis veſtre
pticipes ſunt. i. tam potenter vtunſ bonis veſtris: qua
re non potius nos apoſtoli q cauſa ſalutis veſtre labo
ramus: Ecc. 12. Da bono ꝛ ne receperis peccatoreʒ.
¶ Deīde cū dicit. (Sed nō vſi ſumus.) Hic oñdit q
noluit vti hac ptāte. Ubi dicit. pmo ſe ſumptus nō ac
cepiſſe. Scđo dicit: ſe nihilominus idiguiſſe ibi. (Sed
oīa ſuſtinemus ꝛc̄.) Tertio rōnem vtriuſq̄ aſſignat.
ibi. (Ne qđ offendiculū ꝛc̄.) Dicit ergo. (Sʒ nō ꝛc̄.)
Quaſi dicat: Ecce patet q lʒ nobis ſumptus accipere
ſed tn̄ vſi nō ſumus hac poteſtate. ſupra ſexto. Oīa mi
hi licent: ſed non omnia expediunt. Nō ſum⁹ ingr̄ vſi:
non quia non indigeamus: ſed oīa ſuſtinemus: quia

c ⁊ ſi penuriã patiamur tñ patiẽter ſuſtinemus.2°.Cori.
xi 11.Cũ eſſem apud vos ⁊ egerẽ nulli oneroſus fui.Et
hoc feci iõ ne qđ offendiculũ dem⁹ euãgelio xp̃i.Hoc
aũt poſſet accidere.Uel q: pſeudo aplĩs daret exẽplũ
accipiẽdi.Uel q: corinthij auari erãt ⁊ ſcãdaliʒarent̃ ſi
ab eis acciperẽt.Uel forte putarẽt ſe emiſſe licentiam
peccandi ⁊ diminueret̃ in apoſtolo auctoritas arguen
di:⁊ his modis daret offendiculũ euãgelio xp̃i ꝓuer.
15.Uia iuſtorum abſq; offendiculo.

¶ Deinde cũ diĉ.(Neſcitis:qm̃ q in ſacrario ⁊c̃.) ꝓba
2 uit ꝙ lʒ ſumpt⁹ accipere.p̃ p auc̃tatẽ.2° p rõnẽ.3° idẽ ꝓ
bat h̃ p exẽplorꝫ ſilitudinẽ.Ubi p̃mo iducit ſilitudi
nẽ eorꝫ q̃ tẽpla reparãt.Scđo eorꝫ q tẽplo miſtrãt ibi.
(Et q altari deſeruiũt ⁊c̃.)Tertio adaptat ſilitudineʒ
his q p̃dicãt ibi.(Et dñs ordiauit ⁊c̃.)q.d.Et vere lʒ
mihi ſumpt⁹ accipere:neſcitis qm̃ q i ſacrario.i.i tẽplo
iudeorꝫ vel gẽtiliũ opant̃ vt artifices q ð ſacrario ſunt
edũt.Suſtẽtabant̃.n.artifices de denarijs q i gaʒophi
lacio tẽpli offerebãt̃:vt pʒ tpe Joas.4.re.12.Et q alta
rio tẽpli hieroſolymitãi vl ẽt ipi tẽplo:vt ſacerdotes ð
3 uiũt.i.deuote ſuiũt.vna.n.de.12.abuſiõib⁹ ẽ reuerẽtia
corã altari.Cũ altari ꝑticipãt:q: ꝑtẽ hñt de his q̃ offe
runt̃ i altari.vt pʒ p totũ.Leuiticũ.⁊ maxie.6.⁊.7.ca.Et
ſicut ſit hic ita ⁊ dñs ordinauit.i.rõnabilr̃ diſpoſuit his
q euãgeliũ annũciãt de euãgelio viuere.Hoc ordiauit
dicẽs.Mat.10.⁊ Luc.10.dign⁹ ẽ.n.opari⁹ mercede ſua.
¶ Notandũ eſt hic ꝙ aplĩs noibus multorꝫ officiorũ
p̃dicatorẽ hic deſignat:q: vocat eũ p̃ militẽ ꝓp officiũ
eccleſiã ꝯ aduerſarios defendẽdi.2.Cor.10.Arma mi
litie nr̃e ⁊c̃.2.Ti.2.Labora ſicut bon⁹ miles xp̃i.ſcđo
vinitorẽ ꝓp officiũ palmites ſupfluos.i.malos reſecan
di.Oſee.2.Dabo ei vinatores eius ex eodẽ loco.Sed
heu can.ð.i.Uineã meã nõ cuſtodiui.Tertio paſtorẽ
4 ꝓp offm̃ ſubditos bono exẽplo paſcẽdi.p̃⁹ Pe.5.Paſci
te q i vobis ẽ gregẽ.Sʒ heu:q: hodie iplet̃ illud.Zac.
11.O paſtor ⁊ ydolũ derelinquis gregẽ ⁊c̃.Quarto bo
uẽ ꝓp offm̃ maturitat̃ i oib⁹ ꝓcedẽdi ꝓuer.14.Ubi nõ
ſunt boues p̃ſepe vacuũ ẽ Job.p̃.Boues arabãt ⁊ aſine
paſcebant̃ iuxta eos ⁊c̃.Quĩto aratorẽ ꝓp officiũ cor
da ad fidẽ ⁊ penitẽtiã aperiẽdi.Oſee.10.Arabit iudas
cõfringet ſibi ſulcos iacob ⁊c̃.Sexto trituratorẽ ꝓp of
ficiũ malos ⁊ bonis diſcernẽdi.Eſa.41.Ego poſui te
q̃ſi plauſtrũ triturãs nouũ hñs roſtra ſerrãtia ⁊ tritu
rabis mõtes ⁊c̃.Septio ſemiatorẽ ꝓp offm̃ freq̃nter ⁊
vtilr̃ p̃dicãdi.Luc.8.Exijt q ſemiat ſemiare ſemẽ ſuũ.
5 p̃a.Entes ibãt ⁊c̃.9° tẽplũ architectũ ꝓp officiũ eccle
ſiã cõſtruẽdi ⁊ reparãdi.ſ.3.Ut ſapiẽs architect⁹ fun
damẽtũ poſui ⁊c̃.Decimo altaris miniſtrũ ꝓp officiuʒ
deo deuotũ ipẽdẽdi.ſ.4.Sic nos exiſtiet hõ ⁊c̃.Que
rit̃ hic ſup illud nõ ſum liber.Glo.Ipſe.n.aplĩca digni
tate ptãte hñs nõ opari manib⁹:ſʒ de euãgelio viuere.
¶ Cõtra ꝰ q p̃dicãt nõ hñtes aplĩcã dignitatẽ ñ pñt
ſine ope manuũ euãgelio viuere.¶ Rñſio.Glo.logt̃
de ptãte qua põt iuitos ad hoc cogere nõ de ſpõtanea:
qua põt a volũtarie dãtibus petere ⁊ accipere.¶ Jteʒ
ex dicta glo.vr̃ ꝙ p̃lati nõ teneant̃ manibus opari.
¶ Cõtra.Gen̄.3.In ſudore vultus tui veſceris pane
tuo.Ipſi nõ ſunt exẽpti ab hac maledictione.ergo ⁊c̃.
¶ Rñſio.Tenent̃ laborẽ ſpũalẽ nõ corporalẽ.tñ bñ
facerẽt ſi occuparẽt ſe i hõeſtis anteq̃; vocarẽt.¶ Jtẽ
ſup illud.Nõne opus meũ Glo.pſecti.¶ Cõtra.Ip
ſi erãt ipſecti.¶ Rñſio.Opus pſectũ dicebant̃:q: eis
aplĩs p̃dicauerat vel q: eos pſecte docuerat q̃tum i ſe
erat.¶ Jtẽ ſup illud.Nuiq̃d nõ habemus ptãtem mã
ducãdi.¶ Cõtra Mat.10.Gratis accepiſtis gratis da
te.¶ Rñſio.Gratis.i.ſine p̃cio:ſʒ nõ ſine ſtipẽdio.

¶ Jtẽ ſup illud.Qui paſcit gregẽ.Glo.Ex euangelio d
viuẽtes panẽ gratuitũ mãducabãt.¶ Contra ſubditi
tenebant̃ dare.¶ Rñſio.Gratuitus erat ex parte reci
piẽtiũ:q: humiliter nõ poteſtatiue recipiebãt lʒ debit⁹
ex pte dantiũ.Jtẽ nũq̃d de bobus cura eſt deo.Quaſi
.d.nõ.¶ Cõtra.Sap.6.Cura eſt illi de oibus.¶ Rñ
deo.Ibi.Logt̃ de cura gnãli.ſ.ꝓuidẽtie hic de ſpãli.ſ.
diſcipline.¶ Jtẽ dʒ i ſpe q arat arare.¶ Cõtra ſpes ñ
eſt de viſibilibus ſʒ eternis.¶ Rñ°.Spes accipit̃ eq
uoce.¶ Jtẽ in ſpe fructus ꝑcipiẽdi.¶ Cõtra.Nõ dʒ
poni lucerna p̃dicationis ſub mõ rei tpalis.¶ Rñdeo
Predicare in ſpe rei tpalis non eſt ponere lucernã ſub
modio.ſed p̃dicare ꝓp ſpem.¶ Jtẽ ſi nos vobis ſemi
nauerimus ſpiritualia ⁊c̃.¶ Cõtra Gal.6.Que ſemi 2
nauerit hõ hec ⁊ metet.ꝰ q ſeminat ſpiritualia dʒ me
tere ſpũalia.¶ Rñdeo.Ibi logtur ð meſſiõe ſtipẽdij.

¶ Lectio. IIII.

EGo aũt nullo horꝫ vſus ſuʒ.Nõ p° 2°
aũt ſcripſi hec vt ita fiant in me. q.2.
Bonũ ẽ.n.mihi magis mori ar 3.
q̃ʒ vt gl̃iã meã q̃s euacuet.Nã c
⁊ ſi euãgeliʒauero nõ eſt mihi gl̃ia.neceſſi
tas.n.mihi incũbit.Ue.n.mihi eſt ſi nõ euã
geliʒauero.Si.n.volẽs hoc ago:mercedẽ
habeo.ſi aũt inuitus diſpẽſatio mihi credi
ta eſt.Que eſt ergo mea vt euangeliũ predi
cans ſine ſumptu ponã euãgeliũ vt nõ abu
tar poteſtate mea in euãgelio.

¶ Supius multiplicitter ꝓbauit ꝙ ſibi licet accipere 3
ſumptus:hic oſtẽdit ꝙ nihilominus non vult accipe:
ſʒ abſtiet̃ trib⁹ rõnibus.Primo ꝓp intẽtionẽ p̃mij.Se
cũdo ꝓp dilectionẽ euãgelij ibi.(Nã cũ liber eſſem ex
oibus ⁊c̃.)Tertio ꝓp expeditionẽ curſus ſui ibi.(Ne
ſcitis ꝙ hi q in ſtadio currũt.)In p̃ma p̃mo dicit:q̃re
nõ vult accipere.ſ.ne gl̃ia ſua euacuet̃.Scđo oñdit ꝙ
accipiẽdo euacuaret̃ ibi.(Nã ſi euãgeliʒauero nõ eſt
mihi gl̃ia ⁊c̃.)Tertio ꝙ nõ accipiẽdo cõſeruabit̃ ibi.
(Que eſt ꝰ merces mea ⁊c̃.)In p̃ma p̃mo oñdit ꝙ po 4
teſtate accipiẽdi vti noluit.Scđo ꝙ vti nõ itẽdit ibi.
(Nõ aũt ſcripſi hoc vt ⁊c̃.)Diĉ ꝰ.(Ego aũt ⁊c̃.).q.d.
tot modis cõſtat ꝙ licet mihi ſumptus accipere:ſʒ tñ
ego nullo horꝫ anctate.rõne.exẽplo.ad accipiẽdũ vſus
ſum.Ipſe.n.vel ab alijs eccl̃ijs accipiebat.vt.2.Cori.
11.Alias eccl̃ias ſpoliaui ⁊c̃.vel manibus opabat̃.Act.
20.Nõ aũt ⁊c̃.Quaſi.d.Nõ ſolũ vſus ſʒ nec vti volo.
Nõ.n.ſcripſi hec.ſ.ꝙ lʒ mihi accipere vt ita fiat i me ſi
cut ſcripſi.i.vt ego accipiã:q: nõ q̃ro datũ:ſʒ fructuʒ.
¶ Deide cũ dicit.(Bonũ eſt.n.mihi ⁊c̃.)Hic oñdit q̃
re hoc fecit.ſ.ne gl̃ia ſua euacuet̃.Ubi p̃mo multipli
cat affectionẽ corporalẽ.Scđo ſupponit ei gl̃ie dimi 5
nutionẽ ibi.(Quã vt gl̃iam ⁊c̃.)Dicit ꝰ(Bonũ ẽ ⁊c̃.)
quaſi diceret ſi accipiã.nã ſi acciperẽ gl̃iã meã euacua
rẽ qđ nullatenus facerẽ.Bonũ eſt.n.mihi mori nõ ſolũ
ſumptuũ egeſtate affligi magis q̃ʒ vt gl̃iam meã quaʒ
habeo de gratuita ſinceritate p̃dicatõis de p̃mio ſupe
rogatõis.abſtinẽdo a vitijs qs euacuet ab aliquo ipor
tune accipiẽdo.vel ꝓp ſumptus euãgelicos.Multi tñ quot
moderni doctores gloriã iſtã euacuãt vel ꝓp intẽtionẽ mo
ſumptũ vel ꝓp fauoreʒ humanũ dõo.Job.12.Ducit ſa dis
cerdotes ingloriõs ⁊ optimates ſupplãtat.¶ Notan amit
dũ eſt hic ꝙ gl̃ia amittit̃ ſeptẽpliciter ꝓp ſeptem vitia. tat̃
Naʒ gl̃ia guloſorꝫ euacuat̃.Unde hic dr̃.Bonũ eſt.n. gl̃ia.
mihi magis ⁊c̃.Gl̃ia luxurioſorꝫ maculat̃.Eccle.27.

a Jnclinaſti femora tua mulieribus: dediſti maculā in
gl'iā tuā. gl'ia ſupbor̄ captiuaſ. p°Mach.2. Uaſa glia
eius captiua ducta ſunt. Glia iracūdor̄ itermittiſ. ps.
Si reddidi retribuētibus mihi mala ꝛc. Et poſt. Per/
ſequaſ inimic' aīaʒ meā ꝛc. Et poſt. Et gliā meā i pul/
uerē deducat. Glia inuidor̄ excludiſ. Ro.3. Ubi ē glia/
tio tua. Glia auaror̄ annihilaſ. ps. Ne timueris cū di
ues fact' fuerit hō ꝛc. Glia accidioſor̄ culpaſ. p°. Ma
cha.9. Moriamur i v̄tute pp̄ fr̄es nr̄os ꝛ nō iſeramus
crimē glie nr̄e. Ecc.13. Precellēs eſto opib' tuis ꝛ ne
dederis maculā i glia tua. Ergo p gulā euacuaſ glia ſo
2 brietatis. p luxuriā maculaſ glia caſtitatis. p ſupbiā ca
ptiuaſ glia hūilitatis. p iracūdiā itermittiſ glia māſue
tudinis. p īuidiā excludiſ glia charitatis. p auariciā an
nihilaſ glia libertatis. p accidiā culpaſ glia ſtrēnuitatꝫ
De iſtis dr̄ Oſee.4. Gliam eor̄ i igñominiā ꝯmutabo.
De p'io exēplū i Eſau. Geñ.25. Jn Holoferne.11. Ju/
dith.13. De.2. in Salo.3. Regū.11. De.3. in Lucifero.
Eſa.14. De.4. in Achitofel.2. Reg.16. De.5. i Chain.
Geñ.4. De.6. in Gieſi.4. Reg.5. De.7. i exploratioi/
bus. Nu.13.ꝛ.14. Nā ꝛ ſi euāgeliſauero ꝛc. Hic oſtē/
dit ꝙ accipiēdo ſumptus euacuareſ glia eius: q: ñ ſu/
pererogaret. Et eſt ſua rō talis. Glia q̄ ē p̄miū ſuperoga
tiōis nō debeſ opib' neċītatis: ad q̄ tenemur ex p̄cepto
ſʒ euāgelizare tenebaſ ex p̄cepto. ḡ ex h nō hēbat gliaʒ
3 ſupererogatōis: ſʒ potius ex h ꝙ nō accipiebat ſumptus
p ḡ tāgit glie eūōnē. Scđo euōnis rōnē ibi. (Neċitas
.n. mihi ꝛc.) Tertio rōnis declaratōeʒ ibi. (Ue.n. mihi
ē ꝛc.) Quarto recte euāgelizātiū mercedē ibi. (Si vo/
lēs h ago ꝛc.) Dicit ḡ. (Nā ſi euāgelizauero ꝛc.) q̄ſi di
ceret de euāreſ glia mea. nā ſi euāgelizauero ita ꝙ ſum
ptus accipiā nō eſt mihi glia. i. ſupererogatōis p̄miū: ne
ceſſitas. n. p̄mg̃ icūbit Act.13. Uade qm̄ ad natōes lō
ge mittā te. Et de neċitas. Ue. n. mihi ē. i. pena trāgreſ
ſionis i me manet ſi nō euāgelizauero. Eſa.6. Ue mihi
q: tacui. Alr̄ legiſ ſm Glo. Et h dupl'r. P'io mō ſic.
(Nā ſi ꝛc.) q. d. vtiq; euāreſ glia mea celeſtꝭ. i. ſi iō p̄di
carē vt ſumptus acciperē. Nā ſi euāgelizauero tm̄ ita
4 ꝙ nō ex delectōe dei ꝛ p̄ximi h faciā nec libera volūta
te nō eſt mihi glia apud deum. Neċitas. n. p̄cepti ꝙ
nō audeo ommittere mihi icūbit. vñ ſi ſolo tīore ſuili
p̄dico ve. n. i. eterna dānatio mihi ē ſʒ ſi euāgelizauero
ſicut mihi iniūctū ē. (Si āt volēs ꝛc.). q. d. ſi neċitate
h facio ñ ē mihi glia. ſi āt volēs h ago. i. ſi volūtate ad
iūge neċitati mercedē eternā habeo. iō pſalmiſta dicit.
Uoluntarie ſacrificabo tibi ꝛ confitebor ꝛc. Si āt ſui/
tus. i. ſolo p̄cepto coact' euāgelizo diſpēſatio mihi cre/
dita eſt ſicꝫ ſeruo: vt. ſ. diſpēſem ad alior̄ vtilitatē non
meā. q. d. aliē p̄ficio nō mihi. Jntelligit. n. h de diſpēſa
tōe ſuili nō filiali: ſm glo. Aug. Nēo inuitus bñfacit ꝛ
5 ſi bonū eſt ꝙ facit' iſra.13. Si charitatē nō habuero fa
ct' ſum velut es ſonās ꝛc. Scđo legiſ ſic. Nā ſi euāge
lizauero p ſūptib' accipiēdis nō ē mihi glia de ſupero/
gatōe i p̄dicādo. Peto. n. ꝯ me. Mat.10. Gratꝭ accepi/
ſtis gratis date: neċitas. n. vite ſuſtētāde mihi icūbit: q:
p neċitate vite p̄dico. Ue. n. mihi eſt. i. famis turbatio
ſi nō euāgelizauero. Si aūt volēs. i. ſi nō p vict' neċita
te: ſʒ p charitate h ago mercedē eternā hēo. ſi aūt ſuit'
. i. neċitate coact' diſpēſatio mihi credita ē ſic ſeruo ꝛc.
¶ Deide cū dicit. (Que eſt ḡ merces mea ꝛc.) Hic oñ
dit ꝙ nō capiēdo ſumptus glia ei' cōſeruaſ. Ubi p° q̄/
rit. 2° ſoluit ibi. (Ut euāgeliū p̄dicās ꝛc.) Dic ḡ. (Que
eſt merces mea.) i. qđ faciēdo mercedē accipiā: q: h ē
meritū mercedis: vt. ſ. ego p̄dicās euāgeliū ſine ſūptu
ponā. i. ſtabiliā euāgeliū. Eſa.28. Ponet triticū p ordi/
nē ꝛc. Hoc aūt faciebat: ſm glo. ne euāgeliū venale pu

tareſ. ſine ſumptu inq̄: ꝛ h vt nō abutar ptāte mea. i. b
mihi cōmiſſa in euāgelio p̄dicādo: qđ eſſet ſi acciperē
indiſtincte. q: perderē auctoritatē libere arguendi: q:
Ecc.20. Exenia ꝛ dona excecāt oculos iudicū: ꝛ qua
ſi mutus in ore auertet correptionē. Eccleſiaſtica ergo
vtilitas implicaſ in hac ſolutione. ſ. cōfirmatio boni: q:
vt euāgeliū predicās ꝛ declinatio mali: q: ne abutar po/
teſtate. ¶ Et notandū ꝙ quattuor tetigit v̄rias eorū a
q̄ tenenſ p̄dicare. Quidā. n. tenenſ: ſed nō euāgelizāt:
hi merenſ penā. Quidā tenenſ ꝛ euāgelizāt: ſed coacti
